



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Norembergæ, 1523

VD16 K 320

97 Cona[n]tur insuper beneficia, quæ patronatus ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

to ineptiores, q̄ ipsi sint, creent notarios: vt semper dignum,
quod in prouerbio est, cōtingit patellæ cooperculum. Quod
ipsum Imperij Status, abrogari effictim rogitant. Præfati
item Apostolicæ sedis nuncij & legati a iure iurandis, pactis,
obligationibus absoluere: & sic absolutos ad agendum de no-
uo restituere moluntur. Qua vna re æquitati, fideiq̄ huma-
næ, nihil est aduersum magis.

Conatur insuper beneficia, quæ patronatus iuri subsunt, 97
conferre: & sic patronis tam ecclesiasticis, q̄ sacerdotalibus in
iuribus suis derogare, penitusq; eos priuare: quod etiam me-
rito aboletur.

VTRIVSQUE SEXVS RELIGIOSI, IN SVORVM
monasteriorum, clausarum, fundationum, aliorumq; con-
uentuum, commodum, succedunt sacerdotalibus, quum ipsi
vicissim ab illis ad hæreditates, neq; vocentur, neq; admit-
tantur.

Necq; hoc Germanicorum grauaminum postremum est, 98
q̄uis ultimum hic sortiatur locum, mos non amplius ferendus,
hactenus inoleuit, pauloq; altius, q̄ par sit, radices egit:
videlicet, q; Monachi, Moniales, Beguttæ, Beghardæ, Nol-
hardi, Conuentus, & quicunque tandem sunt, qui se religiosos,
& a popularibus segregatos profitentur, parentibus,
consanguineis, agnatis, ac cæteris amicis, in hæreditarijs bo-
nis, aliquando in partem, nonnunq; in totum succedunt. At
vicissim eorum cognati, seu necessarij laici, a prætactis reli-
giosis, ad ipsorum hæreditates adeundas, non solum non vo-
cantur, sed nec admittuntur quidem. Quod Germanis & gra-
ue, & molestum, iniustum etiam, ac non diutius tolerandum
onus est. Eapropter necessario, ac summa prudentia curan-
dum est, vt deinceps nemo se memoratorum religiosorum
votis vel adstringat, vel addicet, nisi pri ea de re ciuiles ma-
gistratus certiores fecerit, quorum præsentia, auctoritate &
consilio religionem ingredi volentibus, a parentibus & ami-

H